

esse apud Deos et causas eorum, quae consequuntur, effectivas scilicet et exemplares et finales.<sup>iv</sup> [326] Et alia, quae in hanc sententiam sequuntur.

Quo gravissimo testimonio appareat forte etiam tertium Aristotelis mendacium, qui refert Pythagoreos entia esse imitationes numerorum dixisse. Nulla enim hic Pythagorae aut Pythagoreorum legitimorum scilicet aut imitatione aut numerus, et si in illorum libris legebantur, mystice ad hunc sensum erant vere ac philosophice non pueriliter non futile interpretanda.

Sed idearum dogma antiquius Pythagora quoque ipso fuit. Est enim apud Orpheum, qui Graecorum theologorum summus ac princeps fuit ideae clarissima memoria, eo loco:<sup>8</sup>

*Rhea sane intelligibilium beatorum fonsque fluxusque  
Omnium enim prima potentia sinibus ineffabilibus  
Susceptrix generationem in omne profundit, currentem.*

<sup>8</sup> Τείχη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε όση τε// πάντων γὰρ πρώτη δυνάμει κόλποισιν ἀφοράστοις// Δεξαμένη γενεὴν [γεννεὴν] ἐπὶ πᾶν προχέει τροχάουσαν. [ORAC. CHALD. Fragm. 56.1 – 3]

<sup>iv</sup> Nema grčkog citata.